



**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia 11. Ioannis dira cædes ab Herodiade persuadetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

## Elegia 11.

Ioannis dira cædes ab Herodiade  
persuadetur.

**P**RÔ cœli, terræque pudor! Macheruntide petrâ  
 Agna cadit, fœdæ vicitima pura lupæ.  
 Idque choros inter plaususque, & ad orgia Bacchi,  
 Quid morti & leuibus sit locus ergo choris?  
 Inque hilati dirum fraus miscet amyltide virus?  
 O pereat! quisquis fel iubet ire mero,  
 Quam sapit ô felix! Themidis sub Iudice librâ,  
 Rex, cui digna pio gloria rege venit.  
 Degener hic alios animus sed aberrat in ausus.  
 Error in errorem quem tragit arte lupæ.  
 Idque vbi stat, vel mota choro volitante volutim  
 Auolat, & madidos errat inante thoros,  
 Obuiaque in numerum rapit oscula, & addit amoris  
 Pignus adoptiuis sæpe marita genis,  
 Euge, licet, belle! feliciter! omnia pulchre!  
 Et ter iò, Euān, euge, ter euge canam.  
 Gestit adhuc alios dare saltatricula ludos.  
 Quot Cypris hoc ludo serja damna parit!  
 Ergo tori prōbro scelus addere suader Enyo.  
 Grande caput turpi dos sit ut apta lupæ.  
 Scilicet augustis hæc gloria digna coronis,  
 Impia si maius dedecus aula iubet.  
 Sed fuerit fortuna parens semel equa furori;  
 At bis iniqua reo deinde nouerca nocet.  
 Sit rea nunc fortasse; reis vbi militat armis;  
 Dum pudet esse rean plectet id vltæ scelus.

## Elegia 12.

Ioannis caput in disco infertur  
conuiuio.

**N**VNC vbi regali sol clarior ardet Eoo,  
 Solennesque iubet stare vel ire choros.  
Artificesque